

# Quaestiones grammaticae et criticae in Sophoclis Trachinias.

In antiquarum litterarum studiis meis cum ad multos scriptores studiose lectitandos tum ad Sophoclis fabulas pertractandas et tempus et diligentiam adhibui. Cum autem ingenium meum ad leges grammaticas pervestigandas et cognoscendas inclinet, de Sophoclis dictione poetica quaestiones instituere atque, quos ad fines illius genus scribendi ab usitata recederet consuetudine, ostendere conatus sum.

Sed hae quaestiones erant tam variae et diversae, ut de omnibus rebus Sophoclis dictionis propriis accurate et diligenter disputare esset difficillimum, quae difficultas eo aucta est, quod, quidquid ad locos interpretandos atque emendandos referebatur, id neglegendum non erat. Qua re mihi proposui, ut de una fabula accuratius scribebam atque, quomodo Sophocles in Trachiniarum fabula ab usitata dicendi consuetudine recederet, nonnullis capitibus ad casuum usum pertinentibus ostenderem.

## Caput I. De accusativi usu.

### § 1. De figura etymologica.

Saepe fit, ut in lingua graeca ad verbum transitivum vel intransitivum substantivum ab eadem stirpe ductum adiungatur, quae structura vocatur figura etymologica, ut *μάχην μάχεσθαι*.<sup>1)</sup> Verbi autem notio cum bis enuntiata sit, haec figura tum exstare solet, cum ad substantivum adiectivum vel pronomen demonstrativum additum est, ita ut tautologia vitaretur:<sup>2)</sup> Trach. v. 449<sup>3)</sup> εἰ μὲν ἐκ τείνου μαθὼν φεύδει, μάθησιν οὐ καλὴν ἐκμανθάνεις. Haec figura a Nauckio restituta est v. 1062 γυνὴ δέ, θῆλυς οὖσα κοῖτη ἀρδούσες φύσιν. Mulier muliebri sexu nata neque animo

1) cf. Kuehner, Ausf. Gramm. d. gr. Spr. II. § 410, 2. Krueger, Gr. Sprachl. I. § 46, 5.

2) Krueger § 46, 5, 1.

3) Locos ex Soph. Trachiniis sumptos in posterum ita afferam, ut syllabam Trach. omittam.

virili instructa'. Quam structuram ut defendat, Wunderus hos locos afferit: Ai. 760 ἀνθρώπον φύσιν βλαστών. v. 1259 οὐ μαθὼν ὃς εἰ φύσιν. At dici potest et φύσιν βλαστών et ὃς εἰ φύσιν, quandoquidem in illa iunctura figura etymologica, in hac accusativus relationis inest, non ἀνδρὸς φύσιν οὖσα pro ἀνὴρ φύσιν οὖσα. Itaque Nauckius scripsit θῆλυς φῦσα.

Iam pro substantivo ab eadem stirpe ducto vox similis ponitur: v. 874 βέβηκε Αγιάντεια τὴν παννοστάτην ὁδῶν ἀπασῶν. v. 155 ὁδὸν γὰρ ἡμίος τὴν τελευταίαν ἄναξ ὠδοῦτ' ἀπ' οἴζων Ἡρακλῆς. v. 641 οὐκ ἀναρριπταὶ ὁδῶν καναχάν. v. 866 ἥχει τις οὐκ ἀσημον ἀλλὰ δυστυχῆ κωκυτόν. Itaque v. 487 scribendum est καὶ βούλον λόγους, οὓς εἶπας ἐξ τίνδ', ἐμπέδονς εἰρηκέναι pro scriptura cod. Laur. A ἐμπέδωσ.

Neque raro fit, ut ex ea iunctura, in qua figura etymologica conspicitur, accusativus pendeat, quae structura iam apud Homerum exstat: Il. V. 361 Ἕλος, ὁ με βροτὸς οὔτασεν ἀνήρ. Od. XI. 544 ἔνεκα νίκης, τίν' μιν ἐγὼ νίκησα, atque ita est interpretanda, ut verbum eum substantivo quasi in unam notionem coalescat, unde accusativus pendet:<sup>1)</sup> v. 49 πολλὰ μέν σ' ἐγὼ κατεῖδον ἦδη πανδάκοντ' ὁδύοματα τὴν Ἡράκλειον ὕσοδον γοωμένην. Idem verbum γοᾶσθαι uno loco cum ἀμφὶ praepositione coniunctum est v. 937 ἀμφὶ τιν γοώμενος. Sed ut in soluta oratione non modo τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχῃ τοὺς βαρβάρους ἐνίκησεν sed etiam ἐπὶ Γρανίῳ ἐκράτησε μεγάλῃ μάχῃ dictum est, sic in poëmatis: v. 168 ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ. v. 544 νοσοῦντι κείνῳ πολλὰ τῇδε τῇ νόσῳ. Quae locutiones saepe attributis carent:<sup>2)</sup> v. 176 φόβῳ, φῦλαι, ταρβοῦσαν. (cf. O. R. 65. O. C. 1625. Ant. 427. Phil. 225. 1401. Eur. Herc. F. 971.)

Sed liberius figura etymologica ita usurpata est, ut duas locutiones quasi in unam coaluisse h. e. structuram brachylogicam esse statuendam censem: v. 159 πολλοὺς ἀγῶνας ἔξιν, ubi ἀγῶνας ἀγωνίζεσθαι et στρατεῖαν ἔξιν locutiones in unam hanc ἀγῶνας ἔξιν contractae sunt. v. 231 χρηστὰ κερδαίνειν ἐπη (χέρδος κερδαίνειν et χρηστὰ ἐπη ἀκούειν). v. 562 τὸν πατρῶν ἡνίκα στόλον ἔνν 'Ἡρακλεῖ τὸ πρότον εὗνις ἐσπόμενην. Cum patris missu Herculem primum uxor sequerer'. v. 505 πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἔξηλθον ἀεθλ' ἀγώνων. Multorum ictuum plenos pulvrenitosque labores certaminum subierunt'. Cum ἀεθλον (ἀθλον) vox non modo 'praemium concertationis' sed etiam 'pugna, labor' significet, quae significatio plerumque in numero plurali exstat, causa non est, quod Wakefieldius, Nauckius, alii, quorum ille ἔξηνον ἀεθλ' ἀγώνων, hic ἔξηνος ἀθλ' ἀγώνων scribi vult, in verbis libris traditis haereant.<sup>3)</sup> — v. 620 εἵπερ 'Ερον τίνδε πομπεύω τέχνην βέβαιον, οὐ τοι μὴ σφαλῶ γ' ἐν σοι ποτε. Si modo Mercurii hanc artem exerceo certam, non est periculum, ne umquam in te peccem'. Quibus ex verbis hae locutiones eluent: πομπὴν πομπεύειν et τέχνην τεχνᾶσθαι. Ut autem Mercurius, deorum nuntius, omnes nuntios bene perfert et homines proficiscentes comitatur, ut munere fungantur certo, item Lichas

1) Kuehner § 411, 2. Krueger II. § 46, 18, 2.

2) Kuehner § 410, 2 not. 4.

3) Quae interpretatio consentit cum iis, quae Kuehnerus § 410, 2. c. exposuit.

illam artem exercere certam se studere dicit. Hoc igitur verbo πομπεύω poëta totam artem Mercurii, quem Lichas sibi ad imitandum proposuit, complectitur. Itaque omnis mutatio librorum scripturae, ut Nauckii τήγδε προσβένω τέχνην, videtur esse supervacanea.

Etiam ex iis locutionibus, in quibus figura etymologica liberrima cernitur, accusativus pendere potest: v. 339 τί δ' ἔστι; τοῦ με τήρδ' ἐφίστασαι βάσιν; Quid vero est? Cur progredi me prohibes? v. 996 οἵαν μ' ἄρδ' ἔθον λόβων.

Sed figura etymologica reicienda est v. 1044 κλέοντ' ἔφοιξα τάξδε συμφοράς, φίλαι, ἀνακτος, οἵας οἶος ὁν ἐλαύνεται. Audiens horruī, amicæ, hanc calamitatē domini, qua talis vir agitetur'. Iam quamquam τὸν δρόμον ἐλαύνεσθαι, quae locutio ab τὸν δρόμον δραμεῖν haud multum distat, dici potest, tamen συμφοράς ἐλαύνεσθαι usitatae consuetudini repugnat, id quod ex his locis apparet: Hom. Il. XVI. 518 χειρὶ δέξειτος δύνησιν ἐλήλαται. Soph. Ai. 275 κεῖνός τε λίπη πᾶς ἐλήλαται καζῆ. Eur. Andr. 31 κακοῖς πρὸς αὐτῆς σχετλίοις ἐλαύνομαι. Ion. 1619 ἐτῷ δὲ ἐλαύνεται συμφοραῖς οἴκος. Itaque nonnullorum librorum scriptura οἵας praferenda est. — Maximas autem difficultates præbent versus 79—81

ώς ἡ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν  
ἡ τοῦτον ἀραις ἀθλον εἰς τὸν ὕστερον  
τὸν λοιπὸν ἥδη βίοτον εναλον' ἔχειν.

Nexus sententiarum hic est: Deianira filio narravit ab Hercule oracula fide digna, quae ad id tempus, quo ille in Euboea futurus esset, pertinerent, sibi esse relicta. Interrogata, quae essent, respondit, eum aut moriturum aut superato eo labore in posterum vitam beatam esse acturum. — Ac primum quidem cum figura etymologica τελευτὴν τοῦ βίου τελεῖν ab usitata consuetudine dicendi, quae est τὸν βίον τελευτῶν, recedat, Nauckius περᾶν scripsit, quae conjectura nititur O. R. 1530 ποὺν ἀν τέρμα τοῦ βίου περάσῃ. Deinde Wunderus putat ἀθλον αἴρειν et αἴρεσθαι nihil aliud significare nisi 'laborem suscipere', non 'superare', quae significatio hoc loco postulatur. Tum voces εἰς τὸν ὕστερον (βίοτον) idem enuntiant quod τὸν λοιπὸν ἥδη βίοτον, quae tautologia defendi nullo modo potest. Unde illos versus esse interpolatos sequitur. Nauckius autem haec scripsit: ὡς ἡ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει περᾶν ἡ τοῦτ' ἀνατλὰς βίοτον εναλον' ἔχειν.

Iam figura etymologica cum in eo constet, quod ad verbum substantivum ab eadem vel simili stirpe ductum adiungitur, substantivum, quippe quod in verbo ipso insit, omitti potest, ita ut adiectivum vel pronomen, quod reliquum est, in accusativo neutrius generis ponatur: <sup>1)</sup> v. 846 ἡ πον ὀλοὰ στένει (pro ὀλοὸνσ στόνονσ στένει). v. 939 πόλλ' ἀναστένων. v. 987 ἡ δὲ αἱ μιαρὰ βρίσκει. v. 262 δὲ αὐτὸν πολλὰ μὲν λόγοις ἐπερρόθησεν. v. 473 θρητὴν φρονοῦσαν θρητά. v. 570 τοσόνδ' ὀνήσει. v. 927 ὅσονπερ ἔσθενον. v. 929 κάνει φ τὸ κεῖσε δεῦρο τ' ἔξομιμεθα. v. 401 σὺ δὲ εἰς τί δή με τοῦτ' ἐρωτήσασ' ἔχεις; v. 402 εἰπεῖν, δὲ σ' ιστορῶ. v. 803 τοσαῦτ' ἐπισκήψαντος. v. 1221 τοσοῦτον δή σ' ἐπισκήπτω. v. 1203 οἴλα μ' εἰργασσαι. v. 1206 οἴλα μ' ἐκκαλεῖ.

1) Krueger I. § 46, 5, 4.

### § 2. De accusativo relationis.

Proprius est linguae graecae accusativus relationis, qui ex adiectivis vel verbis pendet: v. 650 ἴδμες οὐδέτερ. v. 921 τὸ λοιπὸν ἥδη χαίρετε. Uno autem loco πιστεύειν verbum cum accusativo relationis et versu sequenti ἀπιστεῖν cum dativo coniunctum est v. 1228 τὸ γάρ τοι μεγάλα πιστεύουσαντ' ἔμοι σμικροῖς ἀπιστεῖν τὴν πάρος συγχεῖ χάρον. Nam quod in magnis rebus mihi fidis, in parvis diffidis, id superiorem gratiam evertit<sup>1</sup>. Iam cum non modo μεγάλα et σμικροῖς adiectiva sed etiam πιστεύειν et ἀπιστεῖν verba inter se opposita sint, dubito an indicari possit pro σμικροῖς scribendum esse σμικρό, ut Blaydesius σμικρόν σ' ἀπιστεῖν vel τὰ σμικρά ἀπιστεῖν scribi vult. At saepe fit, ut sententiis inter se oppositis accurata concinnitas verborum neglegatur et casus inter se differant. Huc accedit, quod pro accusativo relationis etiam dativus instrumenti usurpatur, ut O. C. 880 τοῖς τοι διστοῖς χῷ βραχὺς νικᾶ μέγαν. Itaque mutandum esse negamus. — Sed difficultates praebet v. 338 τούτων ἔχω γάρ πάντ' ἐπιστήμην ἔγα. Nuntius Deianiram progredi prohibet, ut eam a se de vera sorte cum captivarum tum Ioles edoceri posse dicat. Merito Nauckius adnotavit et τούτων ἐπιστήμην ἔχω et πάντα ἐπιστήμην ἔχω dici posse, non τούτων πάντα, sibi videri in illo versu verba πάντ' ἐπιστήμων inesse et scripsit ἔγώ γάρ πάντ' ἐπιστήμων ἔφυν. Evidem conicio a Sophocle scriptum esse τούτων ἔγώ γάρ πάντ' ἐπιστήμων λέγω „Ego enim talis dico, qui harum rerum prorsus gnarus sim<sup>2</sup>“.

Iam accusativus relationis ita exstat, ut etiam substantiva ex verbis intransitivis vel passivis pendeant: v. 1215 κοῦν καμεῖ τούμὸν μέρος.<sup>3</sup>) v. 680 πονῶν πλευράν. v. 931 πλευράν ὡφ' ἥπαρ καὶ φρέας πεπληγμένην. v. 651 τάλαιναν δυστάλαινα καρδίαν πάγκλαντος αἰὲν ὄλλντο. v. 913 λαθραῖον ὅμμι' ἐπεσκιασμένη. v. 1056 διέφθαρμαι δέμας τὸ πᾶν. Quam structuram Romanorum poëtae saepissime, ut Verg. Aen. I. 561 „vultum demissa“, interdum etiam scriptores solutae orationis imitati sunt<sup>4</sup>) et Sophocles liberrime usurpavit v. 157 λεπει παλαιὰν δέλτον ἕγγεγραμμένην ξυρθήματα, ut Verg. Ecl. 3, 106 „inscripti nomina regum flores<sup>5</sup>).“

Sed pro accusativo relationis a Sophocle εἰς, κατά, πρός praepositiones usurpatae sunt: v. 488 ὡς τᾶλλ' ἐκεῖνος πάντ' ἀπιστεύων χεροῦν τοῦ τῆσδ' ἵρωτος εἰς ἀπανθ' ἥσσων ἔφυ,<sup>6</sup>) ubi τᾶλλα πάντα accusativus accusativo ἀπαντα cum εἰς praepositione coniuncto respondet. v. 910 καὶ τὰς ἀπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας.<sup>5</sup>) v. 1243 ὡς ἐς πολλὰ τάπορεῖν ἔχω. v. 379 ἡ κάρτα λαμπρὰ καὶ κατ' ὅμμια καὶ φύσιν.<sup>6</sup>) v. 879 σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν, ubi, cum anapaestus in secundo pede ferri non possit, Hermannus σχετλίως τὰ πρός γε πρᾶξιν scripsit. Hoc loco silentio non est prae-

1) cf. Ant. 1062. O. R. 1509. O. C. 1366.

2) Ferd. Schultz, Lat. Spr. § 262. Zumpt, Lat. Gr. § 458.

3) Matthiae, Ausf. gr. Gr. § 424, 2.

4) De εἰς praepositionis usu vide Matthiae § 578, c.

5) cf. Wunder ad h. l.

6) cf. Nauck ad h. l.

tereunda structura φοβεῖσθαι verbi, unde πρός praepositio pendet: v. 1211 εἰ φοβεῖ πρός τοῦτο (cf. O. R. 980 εἰς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα).

### § 3. De accusativo ex verbis intransitivis apto.

Verba eundi ab Homero saepe cum accusativo coniuncta, ut Od. I. 21 πάρος ἦν γαῖαν ιπέσθαι, apud Sophoclem eandem structuram praebent: v. 58 θράσκει δόμους. Sed ἐς (ἐπὶ) δόμους legitur: v. 185 ἐς δόμους σοὺς ἥξειν. v. 262 ἔλθόντ' ἐς δόμους. v. 610 ἐς δόμους σωθέντα. v. 646 σοῦται ἐπ' οἴκους. Praepositio autem ὡς eum δόμους coniuncta exstat v. 365 ἕκει δόμους ὡς τούςδε πέμπων οὐκ ἀφορτίστως, γύναι, οὐδὲ ὁρτε δούληρ. Venit in domum hanc mittens istam non inconsiderate, domina, neque tamquam servam'. Iam satis est tritum ὡς praepositionem nisi cum vocibus animantes significantibus coniunctam non esse, ut v. 533 ἔλθον ὡς ὑμᾶς. Nam quod O. R. 1480 haec leguntur: ἔλθετε ὡς τὰς ἀδελφὰς τάξδε τὰς ἔμας χέρας, haec locutio idem quod ὡς ἔμετε τὸν ἀδελφόν significat. Quae interpretatio cum Trach. 366 fieri non possit, ὡς vocabulum librarii mendo ex ὁρτε ortum in εἰς praepositionem iam a Brunckio prolatam esse mutandum censemus.

Sed redeamus ad verba eundi cum accusativo coniuncta: v. 329 πορεύεσθω στέγας. v. 912 τὸν Ἡράκλειον θάλαμον εἰσοδομαμένην. v. 1060 ὅστην ἔγω γαῖαν καθαιρῶν ίκόμηρ. v. 1167 Σελλῶν ἐξελθὼν ἄλσος.

Iam vero verba eundi translata cum accusativo coniuncta sunt, ut ea, in quibus notio aggrediendi inest: v. 74 Εἰβούδα χώραν φασίν, Εὐρότον πόλιν, ἐπιστρατεύειν αὐτόν. v. 259 ἔρχεται πόλιν τὴν Εὐρυτείαν. v. 362 ἐπιστρατεύει πατρίδα. Etiam alia verba eundi translata eandem structuram praebent: v. 476 ταύτης ὁ δεινός ἵμερός ποι' Ἡρακλῆ διῆλθε. v. 853 οἶνον ἐξ ἀναρρίων οὖπο ποτ' ἄνδρ' ἀγαπλειτὸν ἐπέμοιεν πάθος οἰκτίσαι.

### § 4. De anticipationis figura quae vocatur.

Enuntiatis ex verbis dicendi vel videndi vel cognoscendi pendentibus saepissime subiectum vel aliud vocabulum ita anticipatur, ut in enuntiato regenti interdum nominativus exstet,<sup>1)</sup> plerumque autem accusativus, qui ex verbo enuntiati regentis pendet: v. 97 τοῦτο καρύζαι τὸν Άλκμήρας πόθι μοι πόθι μοι ναιεῖ. Hoc indicare, quo tandem loco Alcmenae filius, quo loco mihi moretur'. v. 429 φράσον, φίλη δέσποινα, τόνδε, τίς ποτ' ἔστιν ὁ ξένος; v. 868 ξύνετε δὲ τὴνδ' ὡς ἀγδής καὶ συνωφρυναμένη χωρεῖ πρός ἡμᾶς γραῖα. v. 1080 δρᾶτε τὸν δύστηρον, ὡς οἰκτρῶς ἔχω. v. 1 Λόγος μὲν ἔστι ἀρχαῖος ἀρθρώπων φανεῖς, ὡς οὐκ ἀν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἀν θάνη τις, οὔτ' εἰ φοβεῖσθαι πόθι μοι ναιεῖ. Proverbiū hominum vetustate contributum hoc est, quod nescias, priusquam homo mortuus sit, utrum vita bona an mala sit'. v. 321 καὶ ξυμφορά τοι μὴ

1) Krueger I. § 61, 6, 1.

εἰδέναι σὲ γ' ἡτις εἰ, ubi pro τοι scribendum esse τὸ μὴ εἰδέναι putamus. v. 624 ἔξεπίστασαι τὰ γ' ἐν δόμουσιν ἀς ἔχοντα τυγχάνει. v. 632 ποὺν εἰδέναι τάκτεῖθεν, εὶ ποθούμεθα.

Jam pro enuntiato ex coniunctione vel pronomine pendente accusativus participii, si subiecta utriusque enuntiati sunt diversa, poni potest: v. 287 αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εἰτ' ἀν ἄγνα θέματα φέζῃ πατρῷφ Ζηρὶ τῆς ἀλώσεως, φρόνει τιν ὡς ἔχοντα, ubi subiectum αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, cum enuntiatum secundarium ex εὗτε coniunctione pendens interpositum sit, a poëta pronomine τιν est repetitum. Uno autem loco accusativus participii exstat, quamquam subiectum utriusque enuntiati idem est v. 706 ὅρη δὲ μ' ἔργον δειπὼν ἔξειργασμένην, quae structura saepius legitur, ut Xen. Hel. I. 7, 19 εὐφήσετε σφᾶς αὐτὸνς ἴμαστηκότας τὰ μέγιστα εἰς θεοὺς τε καὶ ὑμᾶς αὐτοῖς. Cyr. I. 4, 4 ἀπερ ἐν ἥδει τιντὸν ἥττορα ὄντα. Dem. Phil. p. 70. § 18 ἀμφότερον οὖν οἰδε, καὶ αὐτὸν ὑμῖν ἐπιβούλευόντα καὶ ὑμᾶς αἰσθανομένους.<sup>1)</sup> Interdum enuntiatum pendens additum non est, ita ut accusativus solus restet: v. 417 τὴν αἷμαλωτον, ἦν ἐπεμψας ἐς δόμους, κάτοισθα δήπον; v. 1219 τὶν Εὐρυτίαν οἰσθα δῆτα παρθένον;

Sed aliter interpretandus est hic locus v. 627 ἀλλ' οἰσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὄρῶν προσδέγματ' αὐτήν θ' ὡς ἐδεξάμην φίλως. Etiam hoc, cum videris, scis Iolen a me benigne exceptam esse.<sup>2)</sup> Video adhuc duas esse interpretationes, alteram Wunderi, qui censem obiectum τὰ τῆς ξένης 'condicionem hospitis' esse coniungendum cum οἰσθα et ex eodem verbo enuntiatum προσδέγματ' αὐτήν θ' ὡς ἐδεξάμην φίλα pendere, alteram aliorum, qui illam interpretationem removent et προσδέγματ' cum τὰ τῆς ξένης coniungi volunt, ita ut non modo accusativi προσδέγματ' αὐτήν θ' sed etiam enuntiatum θ' ὡς ἐδεξάμην φίλως ex οἰσθα verbo pendeant. At his interpretationibus tautologia oritur, quae ad latius dicendi genus poëtarum epicorum quadrare, sed ab usitata consuetudine poëtarum tragicorum videtur abhorrere. Itaque versum 628 delendum esse censemus.

Anticipationi cognata est assimilatio sive attractio<sup>3)</sup>, quae exstat v. 283 τάξδε δ' ἀξπερο εἰσορᾶς, ἵξ δὲ βίων αὔγηλον εὐροῦσαι βίον χωροῦσι πρὸς σέ. Hae autem, quas quidem vides, ex fortunatis miserae factae veniunt ad te'. Eadem structura apud latinos scriptores est, ut Verg. Aen. I. 573 ψυχην quam statuo, vestra est.'

### § 5. De figura quae vocatur σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος.

Figura quae vocatur σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος, ab Homero saepissime usurpata, ut Od. I. 64 ποῖόν σε ἔπος φύγειν ἔχος ὁδόντων, in eo constat, quod ex uno verbo duo accusativi, quorum alter ad totam rem, alter ad partem eius refertur, pendent.<sup>3)</sup> Eadem structura apud Sophoclem est: v. 225 οὐδέ μ' ὅμματος φρονῶν παρῆλθε. Neque oculorum meorum custodiam praeteriit hoc agmen'. v. 831 εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλη φοίτε δολοποιὸς ἀνάγκη πλευρά.

1) cf. Buttmann, Gr. Gr. § 144. not. 8.

2) Mattheiae § 474.

3) Kuehner § 406, 9.

§. 6. De accusativo pro vocativo usurpato.

Wunderus ad Ai. 73 *Λίαντα φωνῶ* haec adnotavit: „Solent ita Graeci non raro dicere, sic ut idem sit atque καλῶ σέ, ὦ Αἰαν;“ Idem exstat Trach. 227 *χαίρειν δὲ τὸν κήρου προνύρεπω* pro *χαίρειν δὲ σέ, ὦ κήρυξ, προνύρεπω*.

Caput II. De dativi usu.

§ 1. De verbis transitivis cum dativo et accusativo coniunctis.

Verba transitiva cum πρός et ἐπὶ praepositionibus composita cum dativo et accusativo coniunguntur: v. 41 *κροὶ πικρὰς ἀδίνας αὐτοῦ προσβαλάν*.<sup>1)</sup> v. 116 (126) *ἀνάληγτα γὰρ οὐδὲν* ὁ πάντα κραίνων βασικεὺς ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας· ἀλλ’ ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰν πᾶσι κυκλοῦσιν αἱὲν ἄρχοντον στροφάδες κέλενθοι. Non enim fortunam doloribus vacuam rex cuncta moderans dedit mortalibus Saturnius, sed aerumnas et gaudia omnibus semper advolvunt Ursae volubiles viae’. v. 1216 *πρόσνεμαι δέ μοι χάριν βραχεῖαν*. Praepositio ἐπὶ repetita est v. 1013 ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι οὐ πηρ, οὐκ ἔγχος τις ὀντίσμιον οὐκ ἐπιτρέψει; Uno autem loco καθάπτειν verbum exstat v. 1050 *οἶον τόδ’ η δολῶπις Οἰνέως κόρη καθῆψεν ὅμοις τοῖς ἡμοῖς ἐγινώντων ἀμφίβληστρον*, ubi Blaydesius προσῆψεν vel ἐγένησεν scribi vult. At ut ἀνάπτειν ἐκ τίνος dici solet, ita hoc loco καθάπτειν a poëta apte scriptum videtur, quandoquidem in καθῆψεν verbum ἐγένησεν inest.

Sed etiam βάλλειν verbum simplex pro ἐπιβάλλειν cum dativo coniunctum est, ut saepe verba simplicia pro compositis non modo a poëtis graecis sed etiam a latinis usurpata sunt: v. 915 *ὅρῶ δὲ τὴν γυναικαν δεμιοῖς τοῖς Ἡρακλείοις στρωτὰ βάλλοντα φάρη*. v. 940 *ὦν ματαλῶς αἰτίᾳ βάλοι κακῆ*<sup>2)</sup>.

§ 2. De verbis intransitivis, in quibus notio conveniendi, appropinquandi, colloquendi inest, cum dativo coniunctis.

Verba intransitiva cum σύν, πρός, ἐπὶ, εἰς praepositionibus composita cum dativo coniunguntur: v. 198 *οὐκ ἔκων ἔκοῦσι δὲ* (Nauck ἔκονσίοις) *ζύνεστιν*. v. 1237 *τοῖσιν ἐχθίστοισι συνναίειν* δόμοῦ. v. 798 *θανόντι συνθανεῖν* ἔμοι. Talia verba etiam translata eandem structuram praebent: v. 814 *ξυνηγορεῖς σιγῶσα τῷ κατηγόρῳ*. v. 1164 *φανῶ δὲ γὰρ τούτοισι συμβαίνοντι* ἵσα. Verbum συντρέχειν exstat

v. 293 *πᾶς δὲ οὐκ ἔγὼ χαίροιμ’ ἄν, ἀνδρὸς εὐτυχῆ  
κλύνοντα πρᾶξιν τήρει, παρδίκῳ φρενί;  
πολλὴ ἐστ’ αὐτάγκη τῆδε τοῖτο συντρέχειν.  
δύμως δὲ ἔνεστι τοῖσιν εὖ σκοπονμένοις  
ταρθεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτε.*

Quidni mihi liceat gaudere toto pectore, quod hanc rem a coniuge meo bene esse gestam audivi? Necessse est enim hoc (gaudium) cum illa re congruere. At tamen prudentis est metuere, ne

1) cf. Aesch. Pers. 781.

2) cf. Ai. 1244. O. R. 656. Eur. El. 902.

quando homo fortuna secunda usus labatur.<sup>1)</sup> Jam etsi συντρέχειν verbum saepius „congruere“ significat, tamen τῇδε et τοῦτο pronomina cum illo verbo cohaerentia sunt obscuriora, quam ut quo sint referenda facile intellegi possit. Deinde sensus horum verborum vanus est, ita ut mihi quidem cum Wundero et Nauckio versus 295 ,valde inutilis<sup>2)</sup> videatur. — Idem verbum legitur v. 878 Χορ. τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φύσ; Τρ. σχετλίως τὰ πρόσι γε πρᾶξιν. Χορ. εἰπὲ τῷ μόρῳ, γύναι, ἔντρογχει. Cum scholiastae interpretatio, quae est τίνι θανάτῳ συνέπεσεν; ἀντὶ τοῦ τίνι τρόπῳ ἐτελεῖτησεν; probari non possit, quandoquidem ἔντρογχει non est idem quod συνέπεσεν, Blaydesius ἔμπιτνει scribendum esse coniecit, equidem cum Wundero et Nauckio verba γύναι ἔντρογχει esse delenda puto, ita ut τῷ μόρῳ dativus ex ἔθαντε, quod verbum ex τίνι τρόπῳ θανεῖν facile auditur, pendeat. — Unum verbum cum ἐπι praepositione compositum est v. 135 τῷ δ' ἐπέρχεται χαλέπει τε καὶ στέρεσθαι. Complura verba cum πρόσι praepositione composita eandem structuram praebent: v. 767 προσπτίσσεται πλευραῖς. v. 1053 πλευραῖς γὰρ προσμαχθέν. v. 903 βροντᾶτο μὲν βωμοῖσι προσπίπτοντα. Talia verba etiam translata cum dativo coniuncta sunt: v. 590 οὐτος ἔχει γ' ή πλατις, ὡς τὸ μὲν δοκεῖν ἔτεστι, πείρα δ' οὐ προσωμάτησα πω. Schol.: πιστεύω μὲν ἀληθές εἶναι, οὐ μὴν πεπείραμαι. v. 1173 τοῖς γὰρ θανοῖσι μόχθος οὐ προσγίνεται, quem versum, cum languidus locus communis sit, delendum esse interpres iudicant. Uno autem loco εἰσβαίνειν verbum exstat v. 298 ἥμοι γὰρ οὐκτός δεινός εἰσέβη, ut O. C. 372 εἰσῆλθε τοῖν πρὸς ἀθλῶν ἔρις κακή. Eur Iph. A. 1580 ἥμοι δέ τ' ἄλγος οὐ μικρὸν εἰσήγει φρεστή. Herod. III. 14 αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἔσελθεῖν οὐκτόν τινα. Haec structura raro legitur, quandoquidem haec verba composita plerumque cum accusativo coniuncta sunt<sup>1).</sup>

Sed etiam verba simplicia, in quibus notio conveniendi inest, cum dativo coniuncta sunt: v. 1225 τοῖς ἥμοις πλευροῖς ὅμοι κλιθεῖσαν, quod verbum idem significat quod ζυγεῖσα γάμοις ἥμοι. Simile verbum exstat v. 27 λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν ζυγοῦ ἀει τιν' ἐκ φύσον φύσον τρέψω, ubi scholiasta haec adnotavit: ἀντὶ τοῦ συνελθοῖσα. At cum ζυγῆται verbum significans „matrimonio coniunctum esse“, quae significatio hoc loco nexus sententiarum postulatur, a lingua graeca abhorre videatur, O. Hensius ζεύξασ' et Nauckius melius ζυγεῖσ' ἀεί, ut O. R. 825 γάμοις με δεῖ μητρὸς ζυγῆται, scribi vult. — In hoc numero verborum πίπτειν verbum, in quo notio incidendi inest, habendum est v. 597 οὐποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ, ubi πίπτειν pro περιπίπτειν item atque v. 940 βάλλειν pro προσβάλλειν positum est.

Item verba colloquendi cum dativo coniuncta sunt: v. 531 ἥμοις, φίλαι, κατ' οἴκον ὁ ξένος θροεῖ ταῖς αἰγμαλώτοις παισίν. v. 601 οὐ ταῖς ἔσωθεν ἱγνοῶ ξέναις, quibus locis θροεῖν et ἀγορᾶσθαι verba idem atque διαλέγεσθαι significant. Simile verbum ληρεῖν exstat v. 434 ἀρθρωπος, ὃ δέσποιν, ἀποστήτω τὸ γὰρ τοσοῦτη ληρεῖν ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος. Quibus in versibus haec sententia inest: Lichas putat, cum hominis bene sani colloquium cum male sano, quale sit nuntii, vanum sit, prudentis esse talis colloquii finem facere, atque a Deianira petit, ut nuntium excedere iubeat. Itaque poëta ληρεῖν verbum „nugari“ usurpavit.

1) Krueger II. § 48, 11, 3.

### § 3. De verbis affectuum.

Verba affectuum in lingua graeca cum dativo coniungi solent: v. 543 θυμοῦσθαι μὲν οὐκ ἐπίσταμαι τοσοῦντι κείνῳ. v. 110 ἐνθυμίοις εἴναις ἀναρδώτοισι τρέχεσθαι. v. 385 ἡς ἔγω λόγοις τοῖς νῦν παροῦσιν ἐκπεπληγμένη κυρῳ. v. 764 κόσμῳ τε χαίρων καὶ στολῇ. v. 438 οὐ γὰρ γνωτὶ τοὺς λόγους ἐρεῖς κακῆς οὐδὲ ἥτις οὐ κάτοιδε τάνθρωπων, ὅτι χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀει, ubi τοῖς αὐτοῖς dativum ex πέφυκεν pendere Wunderus putat. At sensus illorum verborum hic est: „Non enim feminae malae haec dices neque quae nesciat hominis esse proprium non semper iisdem rebus gaudere“. Dativus igitur τοῖς αὐτοῖς ex χαίρειν pendet et πέφυκεν idem quod „proprium est, fieri solet“ significat, ut Dem. 2,26 πολὺ γὰρ ὃσον ἔχοντας φυλάττειν ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκεν. Itaque Nauckii conjectura πεφύκασθαι (sc. οἱ ἄνθρωποι) esse supervacanea videtur. — Inusitata autem est χαίρειν verbi structura v. 1118 οὐ γὰρ ἀν γνοῖς ἐν οἷς χαίρειν προθυμεῖ καὶ ὅτοις ἀλγεῖς μάτην. Quibus in verbis haec sententia inest: Non enim intellegas, qua re frusta gaudere studeas (h. e. opinans te scelus Deianirae ulcisci), frustra doleas (h. e. Deianiram tibi consulto perniciem parasse). Iam quamquam verba affectuum plerumque cum dativo vel ἐπί praepositione coniunguntur, tamen interdum ἐν praepositio pro ἐπί exstat, ut Hom. Od. XI. 603 τέρπεται ἐν θαλήῃ. Aesch. Ch. 222 ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾶν θέλεις. Pl. civ. 603, c ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν ἢ λυπονυμένοντας ἢ χαίροντας<sup>1)</sup>. Itaque mutationes O. Hensii et Blaydesii, quorum ille οὐ γὰρ εὖ γνοῖς ἀν οἷς, hic οὐ γὰρ ἀν γνοῖς ὅτοις χαίρειν προθυμεῖ καφ' ὅτοις (fortasse melius ἀν γνοῖς ἐφ' οἷς) scribi vult, sunt reiciendae.

### § 4. De dativo instrumenti.

Verbum στέλλειν a Sophocle cum dativo instrumenti coniunctum est, ita ut idem sit atque ἐνδένειν: v. 612 στελεῖν χιτῶνι τῷδε. Eandem structuram πληθύειν verbum praebet, etsi verba implendi in lingua graeca cum genetivo coniungi solent: v. 54 πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πληθύεις; quae structura interdum apud scriptores graecos exstat<sup>2)</sup>. Inusitatus autem dativus instrumenti videtur esse v. 137 ἀ καὶ σὲ τὰν ἀνασσαν ἐλπίσιν λέγω τάδε αἰὲν ἵσχειν, ubi ἐλπίσιν pro ἐν ἐλπίσιν ἵσχειν dictum est. At similes dativi exstant: Thuc. II. 8, 5 οὐτως ὁργῇ εἶχον οἱ πλεῖον τοὺς Ἀθηναῖον πρὸς ὁργῇ vel δι' ὁργῆς ἔχειν. I. 31,1 οἱ Κορίνθιοι ὁργῇ φέροντες<sup>3)</sup>. — Sed sine dubio dativus instrumenti reiciendus est v. 243, ubi cod. Laur. A. hanc scripturam praebet: οἰνται γάρ, εἰ μὴ ξυμφοραῖ κλέπτοντι με. Nauckius initio ξυμφοραῖ in ξυμφορᾷ mutaverat, quae mutatio, cum non virgines sed calamitates earum ipsam fallere possint, a nexu sententiarum abhorret, post in ξυμφορᾷ, qua mutatione haec sententia exstat: „Dignae enim sunt miseratione, nisi calamitates earum me fallunt h. e. si de calamitatibus earum recte iudico“.

1) Kuehner § 431, 1 s. ἐν.

2) Matthiae § 352 not. Kuehner § 417, 2, 2.

3) Quo de usu cf. Classen Thuc. II. 8, 5.

Iam vero dativus instrumenti e verbis iudicandi vel cognoscendi pendet, quae verba saepius ex nexus sententiarum audiuntur: v. 614 ὁ κεῖνος εὐμαθὲς σφραγίδος ἔρχει τῷδ' ἐπὸν μαθήσεται. v. 1127 οὐδῆτα, τοῖς γέ προσθετεν ἡμαστημένοις, ubi interpretandum est: *cum iudicamus* iis, quae illa ante commisit'; haud aliter v. 1128 ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γέ ἐφ' ἡμέραν ἔρεις. v. 718 δόξῃ γοῦν ἐμῇ. Sed cum Blaydesio dativus instrumenti est delendus v. 699 μορφῇ μάλιστ' εἰκαστόν, ubi pro μορφῇ accusativus relationis μορφήν scribendus est, ut ξοίκα verbum cum eodem accusativo coniungitur.

### § 5. De dativo modi.

Ut in lingua latina ablativus modi, item in lingua graeca dativus modi ita exstat, ut ad substantivum adiectivum adiunctum sit: v. 763 οὐεψ φρενί. v. 774 πολαῖς ἐνέγκοι τόρδε μηχαναῖς πέπλον. Neque tamen raro adiectivum omissum est: v. 783 ἀπας δ' ἀνηρφήμησεν οἰμωγῇ λεώς. v. 790 πολλὰ δ' οἰμωγῇ βοῶν. v. 755 οὖν νυν τὰ πρῶτα ἐξεῖδον ἀσμενος πόθῳ. Hoc loco nos pro ἀσμενος πόθῳ exspectamus ἀσμένῳ πόθῳ *laeto desiderio*' vel *magna laetitia magnoque desiderio*', quae locutio ab usitato genere dicendi recedens non modo apud graecos sed etiam apud latinos poëtas exstat, ut Verg. Aen. VI. 214 *principio pinguem taedis et robore secto ingentem struxere pyram*', ubi *pinguem taedis*' pro *pinguibus taedis*' dictum est<sup>1)</sup>. Itaque omnis mutatio, ut Nauckii οὖν νυν παρόντι ἐξεῖδον ἀσμενος, reicienda est.

### § 6. De dativo mensurae.

Dativus mensurae etsi plerumque tum exstat, cum in enuntiato sententia comparativa inest, tamen etiam cum superlativis coniunctus legitur, ut v. 312 ἐπεὶ νυν τῶνδε πλεῖστον ψήτισα βλέποντος, ὅσῳπερ καὶ φρονεῖν οἰδεν μόνη, ubi in dativo ὅσῳπερ . . πλεῖστον auditur, velut O. C. 742 ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ, ὅσῳπερ ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς<sup>2)</sup>.

### § 7. De dativo commodi vel incommodi.

Dativus commodi vel incommodi ut omnino a scriptoribus graecis, item a Sophocle saepissime usurpatus est: v. 18 χρόνῳ δὲ ἐν ἴστέρῳ μέν, ἀσμένῃ δέ μοι, ὁ κλεινός ἦλθε Ζηνὸς Ἀιγαίηνης τε παῖς. O. R. 1356 θέλοντι κάμοι τοῦτ' ἄντρον. Idem dativus, qui saepe cum verbis veniendi coniunctus est,<sup>3)</sup> etiam apud alios scriptores exstat: Hom. Il. XIV. 108 ἐμοὶ δέ τεν ἀσμένῳ εἴη. Ar. Pac. 582 ὡς ἀσμένοισιν ἦλθες ἡμῖν. Alia exempla sunt haec: v. 139 τίς ὠδε τέκνοισιν Ζῆν' ἀβονλον εἶδεν; v. 252 πραθεὶς Ὁμηρός τῇ βαρβάρῳ. v. 693 φάσμα δέρκουμαι ἀφροστον, ἀξένμβλητον ἀνθρώπῳ μαθεῖν. v. 1233 ἐμοὶ μητῷ μὲν θανεῖν μόνη μετατίσις, ubi ad

1) cf. Kappes Verg. Aen. ad h. l.

2) Krueger I. § 48, 15, 10.

3) Mattheiae § 388, d.

*μητρὶ* dativum incommodi *μοι* dativus ethicus, id quod in lingua graeca haud raro fit,<sup>1)</sup> adiunctus est, quo dativo Hylli in matrem magnam pietatem esse indicatam Nauckius adnotavit. Eadem iunctura exstat v. 602 ὅπως φέρῃς *μοι* τόνδε ταναῦφη πέπλον δώρημά ἐκείνῳ τὰνδὶ τῆς ἡμῆς χερός. Idem verbum ex nexus sententiarum auditur v. 666 *Δη* ἀθυμῶ δ', εἰ φανήσουμαι τάχα κακὸν μέγ' ἐκπρᾶξασ' ἀπ' ἐκπίδος καλῆς. Χορ. οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ διωρημάτων; ubi Ἡρακλεῖ dativus ex verbo ἐνεγθέντων, quod facile auditur, pendet. Pro dativo commodi ἐπί praepositio falso posita est v. 584 φίλτροις δ' ἐάν πως τίνδ' ὑπερβαλόμεθα τὴν παῖδα καὶ θέλκτροισι τοῖς ἐρ' Ἡρακλεῖ, μεμιγάνται τούργον. Itaque a Nauckio et Wundero versus 585 uncis inclusus est, cum etiam θέλκτροισι idem fere quod φίλτροις significet. Maiores autem difficultates hic locus praebet:

v. 807 τοιαῦτα, μῆτερ, πατρὶ βούλεύσασ' ἡμῖν  
καὶ δρῶσ' ἐλήφθης, ὃν σε ποίημος δίκη  
τίσαιτ' ἔρωτός τ'. εἰ θέμις δ', ἐπεύχομαι  
θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προύβαλες.

Iam Nauckius iuncturam τὴν θέμιν προύβαλες mendoza esse putat et pro προύβαλες scribi vult προύσελεῖς, qua conjectura mendoza librorum scriptura tolli non videtur. Nos enim censemus θέμις vocem ter repetitam falsam et v. 809 δὲ particulam tertio loco collocatam delendam esse. Dubito an cum Wundero scribendum sit: εἰ θεμίστ' ἐπεύχομαι θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν ἔρωτον σὶ προύβαλες, quibus mutationibus hic nexus sententiarum exstat: Perspecta es, mater, patri meo talem perniciem parasse, cuius rei tu ultricibus Furiis velim poenas des, si fas est me tibi illud imprecari; fas autem est, quoniam tu hanc discordiam concitasti'. Ut autem interpretes v. 810 in locutione τὴν θέμιν προύβαλες haeserunt, ita in ἄλγος ἔξενδοι v. 24 ἐγὼ γὰρ ἡμῖν ἐκπεπλημένη φόβῳ, μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἔξενδοι ποτέ, ubi ἔξενδοι idem esse atque pararet, conqueretur' Wunderus putat et exemplum affert Phil. 287 γαστρὶ μὲν τὰ σύμφορα τόσον τόδ' ἔξενδοισκε. At hoc loco ἔξενδοισκειν verbum propria significatione 'invenire' usurpatum est, quae significatio ad Philoctetae condicionem vitae quadrat, non ad fortunam Deianirae verbis τὸ κάλλος ἄλγος ἔξενδοι enuntiatam. Atque cum versu 25 delecto nihil desideretur, Nauckius eum merito uncis videtur inclusisse.

Postremo dativi incommodi, qui ex verbo passivo pendet, mentionem faciamus: v. 663 δέδοιτα, μὴ περαιτέρω (O. Hense καιροῦ πέρα) πεπρωμέν' ἢ μοι πάνθ' ὅσ' ἀρτίως ἔδοσον. Timeo, ne ultra modum mihi omnia suscepta sint, quae modo faciebam'.

#### § 8. De dativo loci.

Dativus loci apud Sophoclem saepe exstat, ut δόμοις: v. 578. v. 950. v. 205, χθονὶ dativus: v. 698. 789. Alia exempla sunt haec: 691 καθῆκα κοίλῳ ζυγάστρῳ δᾶρον. v. 767 ἴδρῳς ἀνέψι χρωτί. v. 1118 θυμῷ δέσοργος. v. 268 δείπτοις δ' ἡρίζ' ἦν ωνωμένος (sed O. R. 779

1) Matthiae § 389, f.

*ἐν δελπνοις*). Idem usus in oppidorum nominibus appareat<sup>1)</sup>. v. 172 *Δωδώνη*. Oppidi autem nomini adiectivum additum est v. 1151 ἀλλ' ἐπαυτίᾳ *Τίρωνθι συμβέβηκεν ὥστ' ἔχειν ἔδοσαν*. Dativus πόρῳ cum adiectivo coniunctus legitur v. 564 *ἔντικ' ἡ μέσῳ πόρῳ*. Sed pro dativo πρός praepositio exstat:

v. 369 *ἔδοξεν οὖν μοι πρός σὲ δηλᾶσαι τὸ πᾶν,  
δέσποιν', ὁ τοῦδε τυγχάνω μαθὼν πάρα,  
καὶ ταῦτα πολλοὶ πρός μέσῃ *Τραχιώνων*  
ἀγορᾶ συνεξήκοντον ὥσαιτως ἐμοί,  
ὅςτ' ἔξελέγχειν.*

Pro praepositione πρός v. 371 *ἐν* exspectatur, ut v. 423 *πολλοῖσιν ἀστᾶν* (sc. *ἔφασκες*)· *ἐν μέσῃ *Τραχιώνων* ἀγορᾶς πολὺς σὸν ταῦτα γέ εἰςήκοντος ὄχλος*, quo loco eadem sententia iisdem fere verbis atque illo loco enuntiata est. His locis similis est v. 351 *τούτου λέγοντος τὰνδρὸς εἰςήκοντος ἔγώ,* πολλῶν παρόντων μαρτίουν. Cum igitur eadem sententia ter repetita sit et versibus 371 et 372 omissis nihil desideretur, nescio an ab O. Hensio illi versus optimo iure deleti sint. Itaque nexus sententiarum hic est: *Iam mihi visum est tibi, domina, omnia, quae forte ex isto audiveram, referre, ita ut nunc eum convincere possim*.

Dativus autem loci ex βαίνειν verbo pendens exstat v. 40 *κεῖνος δέ ὅπου βέβηκεν οὐδεὶς οὔδε*, quo loco Brunckius pro ὅπου scripsit ὅποι, quae mutatio, cum βέβηκα saepius *versor* significet, repellenda est, nisi vero eandem significationem esse negas hic locis: O. C. 52 *τις ἕσθ'* ὁ χῶρος δῆτ', *ἐν φί βεβήκαμεν*; v. 1358 *ὅτε ἐν πόνῳ ταῦτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί*. El. 979 *τοῖσιν ἔχθροῖς εὐ βεβήκοσιν*. v. 1056 *ὅταν γάρ ἐν κακοῖς ἥδη βεβήκης*. Itaque Trach. 40 sententia haec est: *Ille ubi versetur, nemo est qui sciāt*'.

### Caput III. De genetivi usu.

#### § 1. De genetivo subiectivo.

Haud raro ab Homero ad substantivum genetivus similis substantivi additur, ut Il. XVII. 253 *τόσση γάρ ἔοις πολέμου δέδηεν*. 384 *ἔριδος μέγα νεῖζος*. XX. 245 *ἐν μέσῃ ὑσμίνῃ δηϊοτῆτος*. Idem usus apud Sophoclem exstat: v. 20 *εἰς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης*. v. 506 *ἄεθλ' ἀγώνων*. Ai. 1163 *μεγάλης ἔριδός τις ἀγών<sup>2)</sup>*. Saepe duo substantiva a nobis substantivo composito vel una notione verti possunt: v. 356 *πόνων λατρεύματα* *Frohnarbeiten*'. v. 830 *πόνων λατρείαν*. v. 179 *πρός χαρὰν λόγων* *frohe Botschaft*'. v. 493 *λόγων τ' ἐπιστολάς*. v. 1199 *γόνου δὲ μηδὲν δάκρυν*. Pro substantivo, unde genetivus pendet, etiam adiectivum neutrius generis exstat: v. 347 *δίκης ἐς δοθόν* *Wahrheit*'. v. 398 *τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας*. Structura autem ἀπὸ κοινοῦ

1) Mattheiae § 406. b.

2) cf. Eur. Andr. 725. Herc. F. 812.

legitur v. 148 ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ κληθῆ λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φοντίδων μέρος, ubi φοντίδων genitivus et cum νυκτὶ et cum μέρος coniungendus est.

### § 2. De genetivo obiectivo.

Genetivus obiectivus quomodo a Sophocle usurpatus sit, appareat his locis: v. 431 ταύτης πόθῳ. v. 433 ὁ τῆς δ' ἔρως. v. 1138 στέργηθρα προεβαλεῖν σέθεν. v. 7 νυμφείων ὄχνον ἀλγιστὸν ἔσχον. v. 108 εὑμαστὸν ἀνδρὸς δεῖμα τρέφουσαν ὄδον. v. 250 τοῦ λόγου δ' οὐ κοὶ φθόνον προσεῖναι. v. 269 ὅντες ἔχων χόλον. v. 710 ὅντες μεθύστερον τὴν μάθησιν ἀφρυματι. v. 1102 κονδεῖς τροπαῖς ἔστησε τῶν ἑμῶν χερῶν. v. 669 προθυμίαν ἀδηλον ἔργον λαβεῖν.

Cum genetivo obiectivo cohaeret genetivus pretii:<sup>1)</sup> v. 287 εἰντ' ἀντὶ ἄγρα θέματα φέξῃ πατρῷῳ Ζηνὶ τῆς ἀλώσεως. v. 560 μισθοῦ ἐπόρευε χερσῖν. Pro genetivo praepositio ἀντὶ posita est v. 707 ἀντὶ τοῦ θρήσκου ὁ θῆρος ἑμοὶ παρέσχεν εἴνοισι; quae praepositio a Martino deleta est v. 994 ἴεροῖς οἷσιν οἷσιν ἐπὶ μοι μελέω χάρον ἤννοισι pro scriptura Laur. A, quae est οἷσιν ἀνθ' οἷσιν θυμάτων ἐπὶ μοι.

### § 3. De genetivo ex adiectivis apto.<sup>2)</sup>

Multa adiectiva, quae vocantur relativa, a Sophocle cum genetivo coniuncta sunt: v. 773 τὸν οὐδὲν αἵτιον τοῦ σοῦ κακοῦ. v. 260 μετατίον τοῦδ' εἶναι πάθον. v. 447 τῇ μετατίᾳ τοῦ μηδὲν αἰλοχοῦ. Pro αἵτιος adiectivum ἀγχιστήρο exstat v. 256 τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθον, ubi Nauckius αὐτήσειρα scripsit. Adiectivum autem κοινωνός legitur v. 729 ὁ τοῦ κακοῦ κοινωνός. Item adiectiva composita cum genetivo coniunguntur, ita ut interdum pleonasmus exstet: v. 1021 λαθίπονον δ' ὄδυνον βίοτον. v. 36 ἡνίκ' ἀθλῶν τῶνδ' ὑπερτελῆς ἔφη. v. 769 ἥλθε δ' ὀστέων ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος. Difficultates autem praebet hic locus v. 717 ἵστις αἴματος μέλας ποᾶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε; Quidni sagitta sanguine atro oblita hunc quoque deleat?<sup>3)</sup> Nauckius enim ex μέλας adiectivo genetivum pendere posse negat. At genetivus αἴματος cum ἵστις substantivo coniungendus est, ita ut in ἵστις αἴματος una notio insit, ad quam adiectivum μέλας additum est.

Postremo adiectiva cum ἀ-privativo composita cum genetivo coniunguntur: v. 23 ἀταρβῆς τῆς θέας (O. R. 885 Λίανας ἀφόβητος). v. 247 χρόνον ἡμερῶν ἀνήριθμον. v. 685 τὸ φάρμακον τοῦτ' ἀπνον ἀκτῖνός τ' ἀεὶ θερμῆς ἀθικτον (O. C. 1521 ἀθικτος ἡγητῆρος). v. 691 ἀλαμπὲς ἥλιον δῶρον.

### § 4. De genetivo quantitatis.

Genetivus quantitatis saepe e nominibus numeralibus, pronominalibus, superlativis pendet: v. 277 μονῶν ἀνθρώπων. v. 146 πνευμάτων οὐδέν. v. 307 τις ποτ' εἰς νεαρίδων;<sup>3)</sup> v. 310 τίνος

1) Matthiae § 364.

2) Matthiae § 345.

3) ut apud Homerum scriptum est Od. I. 170 τις πόθεν εἰς ἀνδρῶν; of. Krueger II. § 51, 15, 3.

ποτ' ἔστιν ἡ ξένη βροτῶν; v. 984 παρὰ τοῖσι βροτῶν κείμαι; v. 312 ἐπεὶ τινὲς τῶνδε πλεῖστον φάτισα. v. 289 τοῦτο γὰρ λόγου πολλοῦ καλῶς λεχθέντος ἥδιστον κλίειν. Nam quod Hercules redibit, id est iucundissimum auditu'. Iam Hermannus haec adnotavit: *Vix opus est, ut moneamus λόγου πολλοῦ καλῶς λεχθέντος dici pro πολλῷ λεχθέντων καλῶν'*. Neque vero numerus singularis λόγου cum πολλοῦ coniunctus defendi potest. Itaque O. Hensius δόλου καλῶς λεχθέντος scripsit, equidem scribendum esse puto: *τοῦτο γὰρ λόγου καλῶς λεχθέντος πολλῷ ἥδιστον κλίειν*.

Non minus saepe genetivus quantitatis ex adverbii loci pendet: v. 236 ποῦ γῆς; v. 984 ποῦ γῆς ἦκω; v. 906 ἄλλῃ δὲ καλλῇ δωμάτων στρωφωμένη. Haec adverbia etiam translata cum genetivo coniunguntur: v. 375 ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος; v. 705 ὅτε οὐκ ἔχω τάλαιρα ποῦ γνώμης πέσω. v. 1145 φρονῶ δὴ συμφορᾶς ὥρ' ἔσταιεν.

### § 5. De verbis transitivis cum accusativo et genetivo coniunctis.

1) Verba separandi, liberandi, privandi cum genetivo coniuncta: v. 130 (120) Αἴδη σοε δόμων ἐρίκει. v. 1016 οὐδὲ ἀπαράξαι κράτα βίου θέλει μολὼν τοῦ στινγεοῦ; ubi genetivus βίου ex ἀπαράξαι pendet (cf. Eur. Hel. 302 σμικρὸς δ' ὁ καιρὸς κράτ' ἀπαλλάξαι βίου). v. 181 ὄκνον σε λέσω. v. 72 ἔξαρεῖται τοῦτε. v. 1170 ἔρασκε μόχθων τοῦ ἐρεστώτων ἐμοὶ λέσων τελεῖσθαι, ubi λύσιν τελεῖσθαι idem est quod λεθήσεσθαι. v. 942 ὠρφανισμένος βίου. v. 1112 ὁ τλῆμον Ἐλλάς, πέρθος οἶον εἰζορῷ ἔξονσαν, ἀνδρὸς τοῦτε γ' εἰ σφαλήσεται.

2) Verba postulandi et audiendi cum genetivo coniuncta: v. 10 ὃς μ' ἐν τρωτὸν μορφαῖσιν ἔξῆται πατρός. v. 187 καὶ τοῦ τόδ' ἀστῶν ἡ ξένων μαθῶν λέγεις; v. 387 πνθοῦ μολούσα τάνδρος. Pro genetivo ἐκ, παρά, πρός praepositiones positae sunt: v. 449 ἐκ κείνου μαθών. v. 744 τοῦ παρ' ἀνθρώπων μαθών. v. 318 οὐδὲ ὄνομα πρός τον τῶν ξυνεμπόδων ἔχεις; ubi ἔχεις idem quod ἔχονσας significat. Verba ἀκούειν et κλίειν cum genetivo participii coniuncta sunt: v. 351 τούτον λέγοντος τάνδρος εἰςήκονος ἔγω. v. 862 κλίω τινὸς οἴκου δὲ οἴκων ἀρτίως ὀρμωμένον. Eadem verba et cum genetivo et cum enuntiato ex coniunctione ὅτι (vel ὡς) pendente coniungi possunt: v. 431 ὃς σοῦ παρὼν ἔχονσεν, ὡς ταῦτης πόθῳ πόλις δαμείη πᾶσα. Pro enuntiatis pendentibus saepe pronomina neutrini generis ponuntur: v. 424 πολές σον ταῦτα γ' εἰςήκονος ὅχλος. Uno autem loco scriptura librorum ab interpretibus quibusdam mutata est v. 421 τίς πόθεν μολὼν σοὶ μαστυφόσει ταῦτ' ἐμοὶ κλίειν παρὼν. Quis tandem tibi testabitur id ex me audivisse se ipsum'. Pro παρὼν Bothius et Nauckius πάρα scripserunt, ut v. 370 ὁ τοῦτε τυγχάνω μαθῶν πάρα. At quamquam verba audiendi cum praepositionibus παρά, πρός, ἐξ, ἀπό coniunguntur,<sup>1)</sup> tamen παρά praepositio ex verbo κλίειν pendens nusquam exstat sed πρός et ἐξ.<sup>2)</sup> Huc accedit, quod παρὼν participium ad verba audiendi et videndi saepe adiunctum est (v. 431), id quod Wunderus hoc loco accuratius sic exposuit: *Ne quis haereat in participio παρὼν, tenendum est saepe id nunc cum verbis videndi et audiendi ita coniungi, ut sit suis oculis vel suis auribus, nunc cum*

1) Kuehner § 417, 5, 8.

2) Krueger II. § 52, 3, 2.

verbis dicendi vel sciendi, ut sit testis oculatus, nunc cum aliis verbis agendi sic, ut nihil sit nisi Latinorum ipse<sup>1</sup>. Itaque v. 422 omnis mutatio est supervacanea.

3) Verbum ἐπιμέμφεσθαι cum genetivo coniunctum est v. 112 (122) ἀν̄ ἐπιμεμφομένα σε δεῖσα μέν, ἀντία δ' οἶσω, ut O. Hensius scripsit pro scriptura Laur. A, quae est ἐπιμεμφομένασ αἵδεια μέν. Eadem structura iam apud Homerum exstat:<sup>2</sup>) Il. I. 65 εἴτ' ἄρ' ὅγ' εἰνωλῆς ἐπιμέμφεται εἴδ' ἔκατόμιβης. Il. 225 Ἀτρείδη, τέο δ' αὐτή ἐπιμέμφει ἡδὲ χατίζεις;

#### § 6. De verbis cum genetivo coniunctis.

1) Verba tangendi cum genetivo coniuncta: v. 715 χῶνπερ ἀν̄ θήγη, φθείρει τὰ πάντα.<sup>3</sup>) v. 904 δτον ψαύσειν. v. 1007 πᾶ μον ψαύεις; v. 1010 ἡπταὶ μον. v. 778 σπαραγμὸς αὐτοῦ πλευμόνων ἀνθήψατο. Ut verba θιγγάρειν, item verba γείεσθαι et ἐμπελάξεσθαι cum genetivo coniunctur: v. 1101 ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγεναόμην. v. 17 ποὶν τῆςδε κοίτης ἐμπελασθῆραι ποτε.<sup>4</sup>)

2) Verba incipiendi et desinendi cum genetivo coniuncta: v. 871 ὡς ἄρ' ἡμίν οὐ συικῶν κακῶν ἥρξεν τὸ δᾶρον Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον. v. 911 ἐπεὶ δὲ τιῖνδ' ἔληξεν. v. 936 οὕτ' ὁδυρμάτων ἐλείπετ' οὐδέν.

3) Verba consulendi cum genetivo coniuncta: v. 29 κείνον προκηραιόνοσα. v. 965 φῦλον προκηδομένα. Pro verbo simplici locutio ὕδατον νέμειν usurpata est v. 56 εἰ πατρὸς νέμοι τιν' ὕδατον καλῶς πράσσειν δοκεῖν. Verbum autem φοβεῖσθαι, cum in eo notio κίδεσθαι insit, cum πρὸς praepositione coniunctum est v. 150 ἡτοι πρὸς ἀνδρὸς ἦ τέκνων φοβούμενη.

4) Verba nascendi cum genetivo coniuncta: v. 310 τίνος ποτ' ἐστὶν ἡ ξένη βροτῶν; v. 403 ἀν̄ δ' ἔβλαστεν οὐκ ἔχω λέγειν.

5) Verbum ψεύδεσθαι cum genetivo coniunctum est

v. 709 ἀλλὰ τὸν βαλόντ' ἀποφθίσαι  
χρῆσων ἔθελγέ μι· ὃν ἐγὼ μεθύστερον,  
ὅτε οὐκέτ' ἀρκεῖ, τὴν μάθησιν ἀρνυμαι.  
μόνη γὰρ αὐτόν, εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι  
γνώμης, ἐγὼ δύστηρος ἔξαποφθεόω.  
τὸν γὰρ βαλόντ' ἀτρακτον οίδα καὶ θεόν  
χειρῶνα πημήνατα.

Nexus sententiarum hic est: Deianira dicit intellegere se scelestum ac nefarium facinus commisso et a Nesso deceptam esse; quod serius factum esse, quam ut sibi prodesse posset, se enim accepisse illa sagitta etiam deum Chironem imperfectum esse. — Ergo cum Deianira sibi persuaserit ipsam Herculi perniciem parasse, verba εἴ τι μὴ ψευσθήσομαι γνώμης ... ἔξαποφθεόω

1) Kuehner § 419. f. Krueger II. § 47, 21, 2.

2) cf. Nauck ad h. l.

3) cf. O. R. 1100. Mattheiae § 339.

supervacanea sunt. Huc accedit, quod in his verbis: „a Nesso decepta sum, nam Herculem delebo' non est sententia plana et perspicua, sed in his verbis: „a Nesso decepta sum, accepi enim etiam deum Chironem interfectum esse', quae sententia versibus 712 et 713 deletis restituitur.

### § 7. De figura quae vocatur assimilatio vel attractio pronominum relativorum.

Proprium est scriptorum graecorum pronomen relativum, quod ex verbo transitivo pendet et ad nomen in genetivo vel dativo positum refertur, in eodem casu atque illud nomen ponere, quae figura vocatur assimilatio sive attractio:<sup>1)</sup> v. 241 γνωτικῶν ὅν ὁρᾶς ἐν ὕμασιν. v. 346 οὐδὲν ὅν ἔλεξεν. v. 622 τὸ μὴ οὐ τόδι ἄγγος ὃς ἔχει δεῖξαι φέρων λόγων τε πίστιν ὅν ἔχεις ἐφαρμόσαι, ubi pro ἔχεις, quod verbum librarii mendo ex versu 622 ὃς ἔχει videtur ortum esse, Wunderus λέγεις scripsit, ita ut λέγεις idem quod ἔλεξας significet, velut v. 1232 ὃς ἐργασεῖσθαι οὐδὲν ὅν λέγω θροῖς. v. 1121 οὐδὲν ξυνίημ' ὅν σὺ ποικιλλεις πάλαι. — v. 1208 ἀλλ' ὅν ἔχω παιώνιον καὶ μοῦνον λατῆρα τῶν ἔμῶν κακῶν. v. 680 ἡγώ γὰρ ὅν ὁ θῆρα με προσδιδάξατο παρῆκα θεσμῶν οὐδὲν. v. 399 ὅν γ' ἀν ἔξειδὼς κνημῶν, quod enuntiatum sic est supplendum: νεμῶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας πάντων τούτων, ἀ γ' ἀν ἔξειδὼς κνημῶν.

Eadem figura in adverbii loci cernitur, sed ita, ut verbum enuntiati non modo transitivum sed etiam intransitivum esse possit: v. 701 εἰς δὲ γῆς, δθεν προύκειτ', ἀναζέοντι θρομβώδεις ἀρροτ', ubi δθεν pro ἔθεται ίται dictum est. Contraria autem structura exstat O. C. 1226 βῆραι κεῖθεν δθενπερο ἔχει, ubi κεῖθεν pro κεῖσθαι positum est. Etiam liberius assimilatio a Sophocle usurpata est:

v. 443 οὗτος γὰρ ἀρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει,  
κάμοι γε πῶς δ' οὐ χάτερας οἴας γ' ἔμοι;

ubi verbo εἰμι omisso totum enuntiatum οἴας γ' ἔμοι ex ἀρχει verbo pendet, ut O. C. 869 Ἡλιος δοίη βίον τοιοῦτον οἶον κάμε γηράναι ποτε. Similes structurae in soluta oratione exstant.<sup>2)</sup> Sed tamen illo loco versus 444, cum nihil aliud sit nisi amplificatio versus 443, videtur interpolatus esse.

Assimilatio autem neglecta est v. 350 ἀ μὲν γὰρ ἔξειρχας ἄγροια μ' ἔχει, ubi, etsi ex locutione ἄγροια μ' ἔχει genetivus τούτων auditur, tamen, cum poëtae animo verbum simplex ἄγροια obversatum sit, ἀ accusativus exstat, ut O. C. 223 δέος ἵσχετε μηδὲν ὅσ' αὐδῶ, ubi δέος ἵσχετε μηδὲν pro μή δειμαίνετε dictum est. Item iam ab Homero assimilatio neglecta est Od. XIII. 92 λελασμένος ὅσσ' ἐπελόνθειν.

1) Krueger I. § 51, 10.

2) Krueger I. § 62, 4, 3.

### § 8. De anticipationis figura.

In anticipationis figura gravis vox enuntiati pendentis in enuntiato regenti, si verbum est transitivum, accusativus exstare solet,<sup>1)</sup> sin autem verbum enuntiati regentis cum genetivo coniungitur, genetivus: v. 65 σὲ πατρὸς οὐτῷ δαρὸν ἔξερωμένον τὸ μὴ πνθέσθαι ποῦ ἔστιν, αἰσχύνην φέρειν. Etiam liberius talis genetivus usurpatus est v. 1122 τῆς μητρὸς ἡκώ τῆς ἐμῆς φράσων, ἐν οἷς τὴν ἔστιν ὡς θ' ἡμαρτεῖν οὐχ ἵκονσια, ubi φράζειν verbum cum genetivo τῆς μητρὸς τῆς ἐμῆς coniunctum esse mirum est. Sed grammatici docent verba σκοπεῖν, ἔξετάζειν, ὀρᾶν, μανθάνειν, similia tum, cum ex iis duo obiecta pendeant, cum accusativo et genetivo coniungi. Hunc usum φράζειν verbum secutum est, ita ut enuntiatum ἐν οἷς τὴν ἔστιν pro accusativo positum sit, unde genetivus τῆς μητρὸς pendet, ut nos quidem dicimus: „ich werde den Aufenthaltsort der Mutter angeben“.<sup>2)</sup> Pro enuntiato pronomen neutrius generis exstat v. 928 τῷ παιδὶ φράσω τῆς τεχνομένης τάδε.

### § 9. De genetivo absoluto.

Satis est tritum genetivum absolutum in lingua graeca tum usurpari, cum subiectum enuntiati secundarii in principali non exstet. Huic legi grammaticorum repugnat hic locus: v. 803 τοσαῦτ' ἐπισκήψαντος, ἐν μέσῳ σκάφει θέντες σφε πρὸς γῆν τήνδε ἐκέλσαμεν μόλις βρυχώμενον σπασμοῖσι, ubi, etsi in enuntiato principali σφε legitur, tamen genetivus absolutus usurpatus est, quae structura haud raro exstat, ut Xen. Anab. V. 2, 24 μαχομένον δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδονμένον θεῶν τις αὐτοῖς μηχανὴν σωτηρίας δίδωσιν. Thuc. III. 22, 1 ἔπειτα προσέμιξαν τῷ τέλχει τῶν πολεμίων λαθόντες τοὺς φύλακας, ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μὲν οὐ προιδόντων αὐτῶν.<sup>3)</sup> Hic genetivus absolutus, quamquam saepius pro dativo positus est,<sup>4)</sup> etiam pro accusativo exstat, id quod loco ex Thucydidis libris sumpto confirmatum est. Itaque nihil est, quod in Trach. 803 haereamus.

Aliter res se habet v. 394 δίδαξον, ὡς ἔρποντος εἰςορᾶς ἐμοῦ, ubi εἰςορᾶν verbum cum genetivo pro accusativo participii coniunctum est, quo cum loco Nauckius comparat: Ai. 281 ὡς ὅδε ἐχόντων τῶνδε ἐπίστασθαι σε χρῆ. v. 904 ὡς ὅδε τοῦδε ἐχόντος αἰδάζειν πάρα. v. 981 ὡς ὅδε ἐχόντων πάρα στενάζειν. Similes loci apud alios scriptores leguntur: Aesch. Prom. 760 ὡς τοῖνυν δύτων τῶνδε σοι μαθεῖν πάρα. Eur. Med. 1311 ὡς οὐκέτ' δύτων σῶν τέκνων φρόντιζε δῆ. Thuc. VII. 15 ὡς καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ἴμιν μὴ μεμπτῶν γεγενημένον, οὐτῷ τὴν γνώμην ἔχετε. At hi loci ab eo, de quo nos disputamus, diversi sunt. Nam verba ἐπίστασθαι, μανθάνειν, τὴν γνώμην ἔχειν, φροντίζειν, αἰδάζειν, στενάζειν, quamquam ea cum genetivis participiorum coniuncta esse concedendum est, tamen aut verba intellegendi vel cognoscendi aut intransitiva

1) cf. cap. I. § 4.

2) Krueger I. § 47, 10, 8.

3) cf. Classen Thuc. ad. h. l. Matthiae § 561.

4) Krueger I. § 47, 4, 2.

sunt, non verba transitiva, ut *εἰσορᾶν* propria significione usurpatum, quod eandem structuram atque in lingua latina 'videre' habet: 'yides me proficiscentem'. Ergo aut accusativus participii restituendus aut, id quod magis probandum videtur, genitivus absolutus cum δίδαξον coniungendus est, sed ita, ut pro *εἰσορᾶς* cum Wakefieldio ὡς ὥρᾶς scribatur: 'Dic me, ut vides, proficiscente'.

**§ 10. De ὑπό, πρός, εἰς, παρά praepositionibus cum genetivo coniunctis.**

Praepositio ὑπό difficultates praebet v. 419 οὐκ οὖν σὺ ταύτην, ἢν ὑπ' ἀγνοίας ὥρᾶς, 'Ιόλην ἔφασκες Εὐρύτον σποράν ἄγειν; Nexus sententiarum hic est: Lichas a Deianira interrogatus, quis ea esset, quam adduxisset, se id scire negavit. Nuntius autem colloquio se immiscens admonuit Licham ipsum eam esse Iolen, Euryti filiam, dixisse. Iam quamquam ὑπ' ἀγνοίας ἀμυντάνειν dicitur, tamen locutio ὑπ' ἀγνοίας ὥρᾶν intellegi non potest. Itaque complures viri docti illa verba emendare conati sunt, ut Schneidewinus ἡς σύ γ' ἀγνοεῖς γονάς vel ἡς σὺ τοῦνοι' ἀγνοεῖς, Meinekius ἢν σύ γ' ἀγνοεῖν λέγεις vel δοξεῖς, O. Hensusius ἢν ὑπήγαγες λάθος scripsit. Evidem scribendum esse puto: ἢν οὐκ ἀγνοῶν ὥρᾶς, ut sententia haec sit: 'Nonne dixisti eam, quam non ignorans vides, Iolen, Euryti filiam, esse?'

Saepissime ὑπό praepositio ex verbis passivis vel ex iis, in quibus notio passiva inest, pendet, ita ut illa praepositione auctor significetur: v. 1160 τῶν ἐμπνεύστων μηδενὸς θανεῖν ὑπο. Idem verbum cum πρός praepositione coniunctum est v. 1130 'Υλλ. τέθρηκεν ἀρτίως νεοσφαγῆς. 'Ηρ. πρὸς τοῦ; 'Υλλ. αὐτὴν πρὸς αὐτῆς, οὐδενὸς πρὸς ἐκτόπουν. Ad haec respondet Hercules: οἵμοι πρὸν ὡς χρῆν σφ' ἐξ ἐμῆς θανεῖν χρός; ubi pro ὑπ' ἐμοῦ locutio ἐξ ἐμῆς χρός posita est. Sed ὑπέρ praepositio pro ὑπό posita est v. 707 πόθεν γὰρ ἀν ποτ', αὐτὶ τοῦ θνήσκων δὲ θῆρα ἐμοὶ παρέσχεν εὔνοιαν, ἡς ἔθνησχεν ὑπερ; Cur monstrum illud moriens gratiam retulisset mihi, per quam mortuum est?. Scholiasta ὑπέρ praepositionem hoc modo interpretatus est: ὑφ' ἡς, δι' ἢν. At ὑπέρ praepositio aetate Sophoclis idem significavit quod apud nos 'zum Schutze, im Interesse', neque pro περὶ 'wegen' usurpata est, quae significatio apud Demosthenem et eos scriptores, qui post fuerunt, exstat.<sup>1)</sup> Itaque cum Nauckio ὑπο scribendum esse putamus.

Ut ex ἀποθρήσκειν, item ex aliis verbis intransitivis vel passivis ὑπό praepositio pendet, etiam sic, ut cum ὑπό substantiva res significantia coniuncta sint: v. 1077 σκέψαι θ' ὅποιας ταῦτα συμφορᾶς ὑπο πέπονθα. v. 1104 τιφλῆς ὑπ' ἀτης ἐκπεπόθημαι τάλας. Uno autem loco verbum, unde ὑπό pendet, ex nexu sententiarum auditur v. 391 ὡς ὅδ' ἀνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων ἀλλ' αὐτόκλητος ἐκ δόμων πορεύεται, ubi ex αὐτόκλητος facile κλητός auditur.

Praepositio πρός pro ὑπό exstat v. 738 τί δὲ ἔστιν, ὁ παῖ, πρός γ' ἐμοῦ στιγούμενον; 'Quid est, mi fili, a me commissum, quod odio tuo dignum videatur?' Praepositio ἐξ legitur v. 1159 ἐμοὶ γὰρ ἣν πρόσφατον ἵκε πατρὸς πάλαι, quae verba scholiasta sic interpretatus est:

1) Krueger I. § 68, 28, 3.

*προειρημένον ἐπὸ τοῦ Αἰός'. Πρός et ἐξ praepositiones leguntur v. 676 διάβολον πρὸς οὐδενὸς τῶν ἔνδον, ἀλλ' ἐδεστὸν ἐξ αὐτοῦ φθίνει, ubi διάβολον et ἐδεστόν adiectiva significatione passiva 'confectum rodendo' usurpata sunt. Praepositio autem παρά exstat v. 596 μόνον παρ' ὑμῶν εὐτεγούμεθ', ubi στεγούμεθα verbum idem atque κρυπτούμεθα significare scholiasta exposuit.*

Sed uno loco genetivus, qui ex praepositione non pendet, exstat:

v. 932 ἴδων δ' ὁ παῖς φμωξέν ἔγρω γὰρ τάκας  
 τοῦργον καὶ ὄργὴν ὡς ἐφάψειν τόδε,  
 ὅψ' ἐκδιδαχθεὶς τῶν καὶ οἰκον οὔνεκα  
 ἄκονου πρὸς τοῦ θηρὸς ἔρξειν τάδε.  
 κάνταῦθ' ὁ παῖς δύστηρος οὐτ' ὀδυρμάτων  
 ἐλείπετ' οὐδέν.

Filius cum matrem mortem sibi conscivisse vidisset, eiulavit: intellexit enim miser ille iracundia sua hoc facinus conflatum esse sero a domesticis certior factus illam invitam a Nesso adductam hoc commisisse. Neque querelas effundere desinebat'. Iam Wunderus τῶν καὶ οἰκον genetivum e natura participii εκδιδαχθεὶς pendere putat, ut Phil. 3 ὁ κρατίστον πατρὸς 'Ελλήνων τραφεῖς. Quod negandum est. Nam τραφῆναι cum genetivo coniunctum est, quod in hoc verbo notio nascendi inest, quam structuram ἐκδιδαχθῆναι verbum habere non potest. Deinde πρὸς τοῦ θηρός intellegi non potest, nisi verbum, ut ἡπατημένη, additur, quod ex iis vocibus, quae in enuntiato sunt, non auditur. Tum sententia filius lamentatus est' bis enuntiata est his locutionibus: φμωξέν et οὐτ' ὀδυρμάτων ἐλείπετ' οὐδέν, idque sic, ut v. 932 ἴδων δ' ὁ παῖς et v. 936 κάνταῦθ' ὁ παῖς scriptum sit. Itaque versus 932—935 delendos esse cum Iernstedtio et Nauckio putamus.

